

TEXTUS COMMUNES

pro cantu psalmi responsorii

«Psalmus de more sumitur e Lectionario, eo quod singuli textus directo conectuntur cum singulis lectionibus: electio igitur psalmi e lectionibus pendet.

Attamen, ut populus responsum psalmodicum facilius proferre valeat, textus aliqui responsorum et psalmorum pro diversis temporibus anni aut pro diversis ordinibus Sanctorum selecti sunt, qui adhiberi valent, loco textus lectioni respondentis, quoties psalmus cantu profertur » (Institutio generalis Missalis Romani, n. 36).

Ps 33, 2-3. 4-5. 6-7. 8-9 (R.: 9 a)

R. Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus.

2 Benedícam Dóminum in omni témpore,
semper laus eius in ore meo.

3 In Dómino gloriábitur ánima mea,
áudiant mansuétí et læténtur. **R.**

4 Magnificáte Dóminum mecum,
et exaltémus nomen eius in idípsum.

5 Exquisívi Dóminum, et exaudívit me,
et ex ómnibus terróribus meis erípuit me. **R.**

6 Respícite ad eum, et illuminámini,
et fácies vestræ non confundéntur.

7 Iste pauper clamávit, et Dóminus exaudívit eum,
et de ómnibus tribulatió nibus eius salvávit eum. **R.**

8 Vallábit Angelus Dómini in circúitu tíméntes eum,
et erípiet eos.

9 Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus;
beátus vir qui sperat in eo. **R.**

ITS EDITORS LEFT NO STONE unturned in their quest for the best versions of these ancient Catholic hymns, combing through centuries of English translations from the sixteenth century to the present day. In the process, they have revealed much little-known material, and some that is published in a hymnal for the first time. [They] navigate this difficult terrain with assurance; indeed, the editors' explanation of the Urbanite reform and its impact on English translators is a model of clarity, and contains information this reviewer has not encountered elsewhere.

—Dr. Aaron James: 2019 review of the *Brébeuf Catholic Hymnal* in the *Journal of the Society for Catholic Liturgy* • <https://ocwatershed.org/hymn/>